AD SACRATISSIMUM ET AMPLISSIMUM CARDINALEM DIUI GEORGII...

Matteo Bonfini, Marco Cavalli

Digitized by Google

MARCVS Caballus Anconitan⁹ Petro Bembo Leonis.x.Pont.Max.a ſecretis.S.P.D.

Cum recordarer nuper te ſępiſſime a me efflagi/taſſe: vellem tibi aliquas Bonfinis mei lucubrationes/ſiquas haberem: legendas ſubiicere: vt ex illarũ lectione iudicare poſſes vera ne eſſent: quę de optimo eius in ſoluta oratione ſtilo ſępe tibi retuli et pręſertim in ſermone quodã nr̃o: qui alias incidit de viris tempeſtate noſtra doctiſſimis: in qbus deſiderare nos affirmauimus veterũ illorum magiſtrum dicendi ſtilum: quem in rariſſimis bonũ eſſe cõpertũ haberemus: ac poſt adhibitã ad id opportunã diligentiã peruenerít ad manus epiſtolę ſex illius vno quaſi ſpiritu exaratę & illę quidẽ digniſſimę: quę inter veterũ illorũ epiſtolas inſeri poſſint & annumerari: nõ ad te ſolũ mittẽdas duxi/q̃ legerentur: ſed illis ipſis ĩpreſſoribus/qui nuper cẽtũ & quĩdecĩ in Horatianis operib⁹ eiuſdẽ annotationes ĩpreſſerũt: tradẽdas potius: q̃ imprimerẽtur: vt ea in re nõ priuatę ſolũ ſed publicę etiã cõſulerẽ vtilitati. Percurres igitur inter alias vel plurimas occupationes tuas Bõfinis mei/quas dixi: epiſtolas quaſi extemporales & ſine aliquo ſcriptas argumẽto. Nã cognoſces (ni fallor) pxime illas accedere ad veterũ epiſtolarũ elegantiã & cãdorẽ et Bonfinẽ meũ/ſi nactus eſſet ad id ociũ: eo ĩgenerĩ ĩter veteres illos fuiſſe ãnumerãdũ. vale.

CRATISSIMO prȩſuli Raphaeli
Cardinali Diui Georgii Matthȩus
Bonfinis Cliens Deditiſſimus
perpetuam felicitatem.

ſ Vbiecit(vt ſolet alias fere omnes)mihi
nuper legẽdas Roſinus noſter quaſdam
Iuliani Galli ad ſe litteras. Quarũ(vt de
aliis illarum partibus taceã)legi & quidem libẽs
particulam quandam ad me pertinentem: qua iu
betur ille ſignificare mihi fore amplitudini tuȩ nõ
ingratum: ſiquid ad eam dedero litterarum.
Ego vero / qui feliciſſimos quidẽ eſſe illos putaui
ſemper (ſiqua eſt in ſeruili conditione felicitas)
qui aut cœlorum benignitate ſortiti ſunt ac nacti
aut labore & induſtria adepti aliquid et conſecu/
ti: quo poſſint principis quiſq; ſui fauorem et gra
tiam aucupari: & qui præterea / cum non poſſim
nunc prȩſentis tui numinis aura frui ac illud (vt
ſoleo & debeo) venerari: nihil tantopere cupiebã
aut expetebam q̃ dari mihi: vt ȩq; nunc meæ tibi
litterȩ / ac olim placerent: quibus poſſem abſen/
tẽ te interdũ alloqui & debita pietatis officia præ
ſtare tibi: ĩmortalis id beneficii loco habui: ita vt
Iuliano gallo / qui eã mihi rem ex ſententia per/
fecit: ingentem gratiã tibi vero / qui in ea(vt hu
maniſſimus & clementiſſimus es) facilem te ac li
beralem prȩſtitiſti: ingentiſſimã omnino habeã.

Scribá igitur ipſe ad te(vt iubeor) ſępiſſi.
luntati tuę obſequẽdi gratia potius: q̃ q̧ ſperẽ
quid ea in re me gloriæ conſecuturũ: Nam/cu
intelligã creberrimas & id quidẽ te expetẽte a vi
ris multis doctiſſimis ac eruditiſſimis/q Romę
ſunt: reddi ſigulis fere dieb⁹ tibi litteras: magno/
pere verendũ eſt mihi: ne meis/ſi cum a'iorũ illę
litteris conferantur ac diligenter perpẽdantur: cõ
tingat explodi mihi vero turpe ſilentiũ indici.
Vt cunq; tamẽ res erit ceſſura: ob illud ipſũ vi/
deri potero venia fortaſſe nõ idignus: q̧ nõ vltro
& temere ſed iuſſus ac ſubtimidus ad ſcribendũ
acceſſi & ad id pręſtandũ officii: quod omnium
eſſe reor & ſtatuo difficillimũ. Facere enĩ vel he/
ros vel amicos abſẽtes p lr̃as de reb⁹ oĩb⁹ certiores/
quas ſcire illos aut eorũ/q ſcribũt: aut eorũ ipſo
rũ ĩtereſt: ad quos ſcribitur: cuiuis videri poteſt fa
cillimũ: Nihil enĩ ẽ in inuẽtione aut diſpoſitione
laborãdũ ĩ elocutione vero parũ uiris pręſertĩ eru
ditis: Scribere autẽ ad te/cuius ego iudiciu integri
tatẽ & cẽſurę ſeueritatẽ nõ admiratiõe min⁹ q̃ lau
de ſẽper digniſſimam iudicaui: & id ipſum ad
delectationẽ tãtũ tuã a deo difficile videẽ eſſe mi
hi: vt caſu potius fieri cẽſeam q̃ induſtria: ſi for/
te contingat ea in re tibi aquoq̃ fieri ſatis. Nam/
cũ ſolus deus ſit cordium & animorũ perſcruta
tor: quonã potis ego ſum pacto vel alius quiſpiã

abſens ariolari et coniectare quę tibi ſint placitu ra? cum pręſertim ſcire nos abſentes haud poſſi/ mus quo ſis futurus animo: cum reddentur/quas ſcribimus: litterę: an de rebus inquã iocoſis ſcrip tę/ cum rerũ/ quas tractare te veriſimile eſt: grauiſ ſimarum pondus & grauitas cogit eſſe te ſubtri/ ſtem: an de ſeriis et grauibus? cũ relaxãdi ac reſo cillãdi animi gratia iocis indulges et genio: et ob id iocoſi a me et aliis deſyderas generis litteras. Et propterea non ſine cauſa epiſtola quadam/ quã inter familiares Ciceronis memini me legiſ/ ſe: ita exorſus eſt ille. Permagni itereſt: quo tem pore hæ tibi reddentur litterę & alia. In quo tua cum prudentia illud me non parũ conſolatur: ꝙ inter multas/ quas ꝓfiteor me/ niſi inhibear: ſcrip turum: aliqua fati benignitate factum iri ſpero: ut vel vnę opportuno loco et tẽpore redditæ plus ſit allaturæ tibi voluptatis ac delectationis q̃ mole ſtię ac faſtidii & ſatietatis aliæ plurimę intempe ſtiue quidem acceptæ. Reliquum erat: vt pri ma hac epiſtola taciturnitatem hactenus meã cũ primis excuſarem. Sed/ quoniam vlterius/ q̃ de/ creueram: ſcribendo ſum prouectus: excuſatione eiuſmodi in tempus aliud et alias in litteras dila ta canam nunc quidem receptui illud tantũ prę/ fatus ſcripturum eſſe me/ qua cõſueui libertate aut/ ſi ea ipſa ſenſero te offendi: tãciturũ. vale nu

men ac decus męum. Romę Die.xv. Decembris.M.D.X.

ADEVMDEM Principem Matthęi Bonfinis Epiſtola ſecunda.

n On poſſum & ſecundis his quoq; litteris Princeps clementiſſime non proſequi beneficii magnitudinem: qua ſum ipſe nup affectus: dū ad te ſcribere ſū iuſſus. Eáq; ob ré/ vt in illius cōtéplatione et ęſtimatione paulo diutius verſer: aut reuera ſunt mq̄ aut felices uidentur eſſe: qui licet abſentes ſub tua degunt tamen vmbra: feliciores: qui te ituerí poſſunt ac venerari et/ quę volunt: pietatis officia exhibere ac pręſtare tibi: Fęliciſſimi deniq;: qui commodo loco & tempore familiares habere tecum ſermones queunt & ob id non ſibi ſolum ipſis ſed & aliis quoq; prodeſſe: ná eo quidem pacto tempeſtiuos ac maturos ſeruitii ſui fructus accipiūt. verum/ qui hoc ipſum abſentes per litteras pręſtare poſſunt: eo meliore videntur eſſe/ q̄ cęteri alii: cōditione: q; maioris id videtur eſſe dignitatis: & cōmodius omnino exiſtimari poteſt per litteras/ quę non erubeſcunt: q̄ verbis coram rem aliquā perſequi: quod nauiter fieri poſſe verecundia & ingenuus quidam pudor ſępe numero non pa

ſtitur ac permittit. Quę cum ita ſint: quis merita ac digna potis erit oratione complecti quanto/pere tibi debeam? qui dignum me feciſti: qui ex infima illa Clientum ac familiarium tuorum cõditione ad tam ſublimem ſim elatus: vt nulli vi/dear eſſe conditionis honeſtate poſterior: modo velim eſſe paulo ambitioſior: & neceſſitatis ſtimu lis non ita vrgear: vt gloriæ potius rationem q̃ vtilitatis habendam ducã. Atq; vtinam ita eueniat: vt meum/quem dixi: locum honeſtiſſimum ſcribendo tutari poſſim: ac rurſus ex ſupremo ad po/ſtremũ gradũ non turpiter detrudi timeã neq; eo grauiore lapſu ruere: quo altiora fortaſſe loca nõ dicã temere (quia iuſſus) ſed auide videor occupaſſe: Sed his omiſſis prȩſtandum eſt mihi: quod prioribus ſum litteris pollicitus: & interim/dum alia ſeſe offerent ſcribendi argumenta: diuturnæ nimis taciturnitatis meæ cauſa agenda: nequis dare poſſit iure mihi vicio: ꝙ ex eo tempore quo hinc iuiſti: nihil dederim ad te litterarum.

Quicunq; nimis & immodice aliquem amant ac venerantur ſapientiſſime Princeps: timeant pariter neceſſe eſt: ne/ dum aucupari gratiam quę/rũt: importuna ſȩdulitate ſibi ipſis impedimen/to ſint: quo minus illam aſſequantur.

Vnde fit: vt permulti ſupplicia vel grauiſſima tacendo potius perpeti malint q̃ non expectando

tractādę rei ſuę occaſionem tempeſtiuam herilem gratiā omnem amittere. Et ꝓpterea illud egregie dictū fuiſſe arbitror diſplicere imprudentē: vnde placere ſtudeat. Cum itaqꝫ in te vno ſint mihi omnia: ex te vno pendeā totus: ex te inq̄ vno deniqꝫ futurum ſperem: ſi quid vnq̄ ſim adepturus felicitatis: & mea rurſus īprudentia meis ineptiis factum iri timeā: cur nunq̄ emergam & id ipſum fortunę preterea iniquitate nō tua culpa: ſūmoꝑe cauēdū eſſe mihi duco: ne qua te in re offendam. Eamqꝫ ob rē factū eſt: vt ſatius eſſe duxerim hacten⁹ ac tuti⁹ tacere q̄ temere et īprudenter fortaſſe ſcribendo moleſtię aliquid afferre tibi. Hęc autem eſſe veriſſima & ſybillę folium recitare me tibi ex eo ſcire potes ne dicam coniicere: qꝫ compertum habere te puto nō eſſe me cū principibus aliis / quorū in gratia nec ſeritur mihi nec metitur: timidum aut in loquendo & tractandis negociis meis vel alienis balbum / cū autem te adeo: cū te affari cogor: herere linguam metu & prę nimia mea ī te obſeruātia ac reuerētia i heros mihi peculiari vix cōſtare me mihi. Vnde fit: vt prudētię tuę māſuetudiniſqꝫ exiſtimē eſſe ac ducā addere mihi / vt nūc ad ſcribendū p Iuliani litteras excitaſti: & aliis mei ſimilibus animū vultus tui ſerenitate non opprimere ac perdere ſeueritate: qua vti cum temerariis debes et audacibus.

Excitatur enim ingenium ipſum non pręmiis & mercede ſolum præſentaria ſed ſpe ipſa vultus hylaritate promiſſa. Sed vere illud dixiſſe videor epiſtolas non erubeſcere et ſcripturum eſſe me/qua conſueui: libertate: qui non ſolum taciturnitatis meæ cauſam contumaciter nimis egi: ſed ingreſſus plane ſum ad te partium tuarum monendum: tanq̄ non equidem nouerim et ſępiſſime & in me & in aliis ſim expertus ingenii tui dexteritatem & facilitatem pene incredibilem. Interea vale: & nō tibi ſolum ſed tuis/q̄ diu potes: felix viue. Romę. xx. decembris. M.D.X.

¶ AD EVMDEM Principem Matthęi Bonfinis Epiſtola Tertia.

COgor tumultuario nunc ad te ſtilo dare litteras inſtante nimis tabellario. Cum fidelem deceat ſeruum Princeps humaniſſime a domini ſemper pendere vultu et inde lęticiam aut triſticiam varioſq; animi affectus captare: tantaq; ſit pręterea mea in te pietas: vt/in rebus/quę ad animum pertinent: vtriuſq; fortunę tuę cogar eſſe particeps & æq; tuo gaudere bono & malo pariter triſtari ac meo: facere nō poſſum nunc quidem: quin moleſtia afficiar prope incredibili: dum in cogitatione quadam verſor (quod

ſępiſſime fit)laborum & omnis generis incõmo/
dorum: quibus veriſimile duco amplitudinem
tuã non affici ſolũ ſed plane . etiã confici inpere
grinatione iſta nimis profecto diuturna et in re/
gionis iſtius aeris inclemẽtia: quã lõge horridio
rẽ ſolito & aſperiorem oẽs/q iſthinc ad nos eunt:
hoc ãno orã iſtã iuaſiſſe tradũt: quãq; tibi eo reor
eſſe moleſtiorem: q̃ nimis diu aſſuetus es Roma
ni cœli clementiæ et benignitati ac locorum pari
ter amœnitati: vbi perpetuũ profecto videtur eſſe
ver: Accedunt etiã(vt arbitror)ad multiplices
moleſtias tuas: q̃ chriſtianę ne dicam eccleſiaſti/
cę reipublicę ſapienter prudẽterq; regendę maius
ſolito onus ob aduerſam ſummi pontificis vali/
tudinem ſuſtinuiſti: & nunc quoq; ſuſtines: vt cõ
muni omnium ore ad nos perfertur. Vnde fit: vt
putem verius poſſe me tui nunc miſereri q̃ inuide
re tibi fortunę iſtius tuę faſtigium: quanq̃(vt vera
fatear)haud ſtulte ſapiens cęteris paribus mallem
equidem in ampliſſima iſta fortuna tua eadẽ ip/
ſa & longe maiora perpeti q̃ continuũ gerere cũ
imperioſiſſima neceſſitate bellũ: cui vereor ne co/
gar tandem dare terga: niſi labãti anti & pene iam
oppreſſo mihi iſperatus aliquis & opportunus be
nignitatis & liberalitatis tuę fauor et auxiliũ pre/
ſto adſit: ſed de his ſatis: adque attingenda inter/
dum ſcribendo inuitus prope trahor: immo/ vt

hac te imposterũ moleſtia penitus liberé: neq; vi/
dear litteras meas ſi quid habẽt illę lęporis: qua/
ſi fellis rore quodã inſpergere: illud vnum abſte
ſupplex et ad pedes tuos aduolutus peto: vt pro
pulſes a me tãdem (quod facillime potes) quam
dixi: perpetuo mihi aduerſanté neceſſitatem & lit
terariũ meũ cum primis ociũ perturbantem. Re
deo: vnde diuerteram: poſſet quiuis alius inq̃ hęc
ipsa / quę ſcribo: lecturus ſuſpicari ingratiam
aucupandam ac ſimulanter ſcribere me potius/ q̃
de mei in te animi pietate ſcripſi: q̃ ꝙ res ita ſe
habeat. Ego vero ob id liberaliter ita ſcribo: ꝙ
non confido ſolum ſed pro re certiſſima teneo
non eſſe me alicuius tibi / qui omnium es (vt mea
fert ſententia) et prudentiſſimus et ſagaciſſimus:
ſimulationis nomine ſuſpectum: quem octo iam
exactis annis / quibus inſeruiui tibi: & intus et
incute noſti: et tanq̃ aurum igne probaſti: ita vt
compertum habere poſſis nihil eſſe a me alienum
magis q̃ ſimulationem: qua ſiquando vti potuiſ/
ſem repugnante genio: eſſem ipſe nunc quidem
fortaſſe meliore apud te q̃ ſim conditione: ſed / vt
ſeruaui ſemper: ita certũ eſt mihi ad mortem vſq;
ſeruare meum animi candorem. Quid enim eſt
fœdius aut poteſt eſſe deteſtabilius q̃ aliud in ani
mo habere aliud fronte ꝓmittere? Bõfinis igitur

tuus priceps mitiſſime ęque ſemper affectus erit animo: ac vultu verbiſq; ꝑmittet & litteris. Sed/ quoniam in tui memoriam et cogitationem dul ciſſimam abſtractus vlterius ęquo ſcribẽdo ſum prouectus: aliis/ quę ſuccurrunt: in tempus aliud dilatis finem nunc faciam ſcribendi illud te prius obteſtatus: vt ignoſcas imprudẽtię meæ: ſi quid tam longis litteris tibi moleſtię attuli & impoſte rum afferam. Arbitratus ſum enim hoc te potius q̃ alio ſtili genere delectari. Si ſecus eſt: mutabo equidẽ illum: ſi fuero admonitus: ſin minus per/ gam (vt cœpi) ſit iterea felix amplitudo tua: cui me quanto poſſum ſtudio cõmẽdo. Romę. iii. Ianuarii. M. D. XI.

AD EVMDEM Principem Matthęi Bonfinis Epiſtola quarta.

n On poſſum non eſſe de mearum littera rũ exitu/ quas ternas hacten⁹ ad te dedi: vehemẽter ſollicitus: donec ex alicuius vel verbis coram vel litteris reſciuero attulerít ne illę tibi delectationis aliquid an (quod deus omẽ auertat) moleſtię multũ: & an gratię mihi apud te an indignationis & faſtidii plus pepererint. Et propterea ſcribo equidem nunc ſed ita ſuſpenſus animo: vt cogar meum inſcribendo obſecuturus

tibi non ardorem animi ſolum ſed plane impetũ
ꝗꝗ; ac peritus aliquis facere ſolet auriga et ſeſſor:
dũ ferocẽ aliquẽ agitat equum: modo remittere
& cohibere modo relaxare & cócitare modo de/
niq; ſuſpẽdere & in eo/i quo inuenitur: ſtatu ſiſte
re & cótinere: Fieri enim potuit(quantum con
iectura aſſequor) vt aut verboſitas mea quędam
ex eo/quem dixi: animi ardore & impetu proue
niens aut inſcribendo nõ libertas mea ſolum ſed
pene arrogantia licẽtius euagata et in aliquid mei
ſtatus et fortunæ querelarũ me inuito dilapſa plus
tibi attulerit tedii q̃ ſtili mei candor/ſi quis eſt:
voluptatis. Sed pergam nihilominus interea (vt
cœpi) in exarãdis mei animi affectibus ita tamẽ,
vt omnis illi expertes impoſterum ſint moleſtię:
Proinde breuiter nũc accipe in qua ſim iampridẽ
verſatus cogitatione. Reputabam inq̃ ac verſa
bam equidem animo mecum princeps humaniſ
ſime maximam omnino rem eſſe: ꝙ tantum ha/
beat virium quidam herilis fauor & aura(ne am
bitionem dixerim eorum: qui ſeruiunt) vt nõ ſo
lum cum heris(quod omnem prorſus felicitatẽ
ſuperare videtur et excellere)ſed omnes pro illis
labores omnes moleſtias omnia ĩcommoda &
pericula ſubire ſit dulciſſimum ac ſuauiſſimum:
pręſerti ſi grata ſint illis ipſis et(quod maius eſſet)
vtilia: quę ſubeãtur. Nec id quidem mirum: quã

doquidẽ (vt aliorum ex meo conicctẽ animos) earum potius rerum ſpe ducti/quas ſingulis fere diebus fieri et contingere videmus: q̃ futurarum/ quas credere debemus: pari imo fortaſſe maio/ ri colimus omnes fere/qui ſeruimus: veneratione & pietate ſuum quiſq; herum q̃ deum ipſum: ſi/ quod pręſertim ſit aſtrum: quod illi/vt me tibi: nos temperet & cõciliet. Vnde fit: vt pro re cer/ tiſſima teneam futura fuiſſe mihi iocundiſſima omnia: quę ĩ peregrinatione iſta tecum vel pro te fuiſſem perpeſſus in commoda: ſi hinc me tecũ abduxiſſes. Verum/ex quo ſine tuo fieri potuit in commodo & ſine imminutione aliqua tuę in me gratię/ſi quid illius eſt mihi tecum: vt Romę per manſerim: immo non permanſerim ſolum ſed honeſta etiam conditione: fatear neceſſe eſt hoc ipſum beneficii ita accedere ad alia plurima: qui bus abs te ſum affectus: vt inter illa inſigne admo dum locum obtineat. Quare/ cũ nihil tantopere fugiam: q̃ ne poſſim alicuius ingratitudinis vicio accuſari. Ago tibi quantas animo poſſum conci pere gratias: agamq;: dum viuam: q (vt es omni um prudentiſſimus) non ſolum duxeris relinquẽ dum eſſe me Romę in tuo ſeruitio & eo quidem honeſtiſſimo: ſed proſpexeris etiam & opportu/ ne rebus meis conſulueris: dum per Iulianum Gallum delicias tuas et patronum meum conceſ

ſiſti mihi: vt ęque poſſem res iuſtas & honeſtas
te abſente expedire tuo nomine: ac poteram:
dum hic adeſſes: quod feci equidem hactenus &
facio ea diligentia et dexteritate: vt ſine iuſta ali/
cuius querela non minus honori ac dignitati tuę
conſulatur q̃ vtilitati meæ & neceſſitati. Qua de
re ſcriberem ad te plura et ea quidem fortaſſe non
ingrata: ſed/quoniam ad te ſcribẽdo videor per
ignes incedere cineri doloſo ſuppoſitos: non ſcri
bam de his vlterius aliquid niſi iuſſus aut per Iu
lianum admonitus. Sit interea fęlix (vt optat) am
plitudo tua: Cui me quanto poſſum ſtudio com/
mendo: Romę. viii. Ianuarii. M.D.XI.

AD EVMDEM Principem Matthęi
Bonfinis Epiſtola quinta ſiue Dialogus
Cũ Roſino Tonſore.

ſ Cribam nunc ad te rem (vt arbitror)
iocoſam et riſu nõ ĩdignam. Summo/
pere vereor: ne redigat me ſatis per me
ipſum & mea ſponte inſanientem Roſinus no/
ſter non dicam ad veram ſolum inſaniam ſed
dementiam quoq; & ſtulticiam: ita ſuperbe et cõ
tumaciter mecũ agit: & perplexe loquitur. Is me
nuper adiit hora noctis quita: & ſine aliqua ver
borũ circuitione ĩperioſus et arrogãs ita incipit.

Seruaſti ne litterarum / quas ad communem herũ dediſti mihi: exemplaria? ſeruaui reſpondeo: pergit ille: quotenas dediſti hactenus litteras? quaternas dico: Age īquit: lege mihi ac declara / q̃ ſcripſiſti: omnia. Reſpondeo cur ita? ita uolo et iubeo ait. Perdifficile hoc ipſum eſt aio tam ſera præſertim noctis hora: nam adeo ſunt mutilata omnia & inuerſe ſcripta: vt vix legi poſſint niſi per magnum ocium. Reſpondet ille caput pro more ſuo quaſſans aut hoc faciẽdũ eſt tibi aut nox ducenda inſomnis vniuerſa: ſtat enim ſentẽtia hinc non abire niſi perlectis et cognitis omnibus: quę ſcripſiſti: Dicas obſecro inquam quonam es furore percitus: vt hoc ipſum tam inſtanter & importune petas: & tam ſuperbe contumaciterq; imperes? Reſpõdet ita mihi placet: & ita facto opus ẽt Itaq; accīge te: age q̃ potes citiſſime: qd cũctaris? rẽ expedi. vbi id mali vitare me poſſe nulla rõne video: demitto auriculas vt iniq̃ mentis aſſellus: cum grauius dorſo ſubiit onus: & illi obtempero: vbi primam perlegi & declaraui epiſtolam: hęc optima & elegantiſſima eſt inquit ac digniſſima: quę exiret ex regionis noſtrę ingenio. Incipio ridere: q tam ſubito ex tonſore ſit factus cenſor & acer litterarum iudex: & volẽs quędam reſpondere iubeor pergere. Pergo libens: vt ea me / q̃ citiſſime fieri poſſet: moleſtia liberarẽ: vt au/

ſcultauit ſecundam: ſtatim ſubiecit: prima fuit ló
ge melior: nec tamen ſpernenda eſt & exploden/
da penitus hęc ipſa: tãetſi habet neſcio quid mo/
leſtię. O miſerum Bonfinem immo malfinem
exclamo ad id ludibrii redactum: vt tuarũ ſit lit/
terarum et ſcriptorũ Roſinus cẽſor litterarũ inꝗ̃
ímo bonarũ omnium artiũ ignarus et penitus ex
pers: Atq; ita ad illum: vbi inꝗ̃ eſt vir ineptiſſime
iſtud: quod dicis moleſtię? cognoſco equidem il
lud in ea reſpondet ille: ſed neſcio exprimere: il
lud tantum ſcio vtranqꝫ bonã eſſe epiſtolam ſed
priorem longe meliorẽ. Sed perge: Perlego terti
am: in ea laudauit ſatis quidem cętera: illud repre
hendit: ꝙ de neceſſitate obiter quędam attige/
rim. At opportune et congruo loco attigi reſpõ/
deo: & mihi preterea aliquãdo prędictũ eſt nunꝗ̃
aſſecuturum eſſe ab hero me aliquid: niſi inſtem
& vrgeam: Et/quoniam verbis coram id nõ au/
deo: p litteras tentaſſe & quidẽ modeſtiſſime ope
rę precium videri potuit. Tota aberras reſpõdet
via: & non ſolum illi/qui id conſuluerunt: beſtię
ſunt: ſed tu quoq; cum illis. Ingentem habeo tibi
gratiam reſpõdeo: hoc deerat mihi: vt preter alia
incõmoda & moleſtias/quibus me affeciſti: ad cõ
uicia & contumelias mecum deſcenderes: & me
beſtiam appellares: Beſtia ſum equidem fateor:
ſi te diutius perpetiar: ac expectem: dũ ad verbera

ex contumeliis deuenias: Faceſſe hinc inq̃ malis auibus alio: & noli me ampli⁹ prouocare ac irri/tare homo omniũ nequiſſime ac fœdiſſime: volo hoc in cubiculo manere inquit ſub ridẽs: in quo non minus eſt mihi iuris q̃ tibi: age non ne poſ/ſum tibi/quem ęque ac me ipſum amo: dicere q̃ libet & tua pręſerti cauſa? Ei⁹ aliqua ex parte pla catus riſu & mellitis/ quę dixi: verbis potes reſpõdeo ſed tamen modeſtius nec dignum reputare me: quem ita deſpicatum habeas & tam aperte irrideas. Ad hęc ille caput iterum quaſſãs vtinam tuas haberẽ litteras inquit: quid faceres inq̃? quid facerem reſpõdet? caperem aliquem ex illis fructum prudentius me gerendo: q̃ tu te geras: qui prudentię nihil hẽs: & in nullum videris illas vſũ didiciſſe: ſed/ſi voles meis acquieſcere cõſiliis: ef/ficiam fortaſſe: vt breui cognoſcas in magnã te inſinuatum eſſe principis noſtri gratiam. Ego vero/ qui extricare me ab homine cupiebam: quã/q̃ non reſederat adhuc ſatis commota bilis: illud abſte inq̃ quibus poſſum peto precibus: iubet il/le quartam legere me epiſtolam: et ea perlecta ſpõdet ſe dicturum quid facto opus ſit: incipio lege/re: arrigit ille aures: declaro omnia: audit ille attẽtius ſolito: vbi perlecta eſt & declarata: quarta iſthęc epiſtola inquit perſimilis eſt primę: & ita opportune eſt (vt reor) ſcripta: vt aliarum duarũ

834

moleſtias non excuſare videatur ſolum ſed dele re. His ita (vt rettuli) dictis peto ſupplex equidem: ab eo: qui tandem haud ſtulte ſapere videbatur: vt admoneat mearum me partium: & conſulat doceatq; pro mutua inter nos beniuolentia: qua poſſim ratione maiorem amplitudinis tuę mihi gratiam conciliare. Reſpondet ille: ſcribe creberrimas adherum litteras primis ſimillimas: ac noli vlterius tuam deplorare neceſſitatem: nã cognoſces breui te plurimum profeciſſe: immo illud uaticinor herum ipſum / qui ſapientiſſimus & pru/dentiſſimus eſt: & qui eam / quam dicis: neceſſitatem ęque nouit ac tu ipſe: breui a te illam propulſaturum & id ipſum vltro q̃ rogatum libentius facturum: tibi quoq; inſperatã vel fortunæ vel dignitatis acceſſio: ſi qua fiat: longe gratior continget q̃ expoſtulata tot precibus & expetita. Id cum Apolinis / vbi me collegi: mihi viſum fuiſſet oraculum nõ Roſini vaticinium: in eam ſum aduc/tus opinionem: vt ex alieno (quanq̃ ipſe pertinaciter negat) ſit locut' ille iudicio nõ ſuo: & iſthinc mearum ſit acceptum litterarũ examen non Romę factum: Et propterea / quamuis cupiebam homini declarare q̃ difficile ſit hoc ſcribẽdi genus: et vnde fiat: vt ex eadẽ litteraria officina bonę iterdũ res exeant interdum malę: ratus tamen hoc ad te

nõ ad illum pertinere decreui alia ad te epiſtola/ ne in immẽſum hęc ipſa excreſcat: ſuper eiuſmodi re latius phyloſophari & nõ iniocunda ſcribere. Interea ſit felix (vt optat) amplitudo tua: cui me quanto poſſum ſtudio cõmendo: ac ſupplico dignetur pro innata ſibi benignitate & mãſuetudine ignoſcere ĩprudentię meę & cuidã (vt ita dicam) ſimplicitati: ſiqua in re delicatiſſimũ ipſius animum ſcribendo offendi. Romę Die xiii Ianuarii. M.D.XI.

AD EVMDEM PRINCIPEM MATthęi Bonſinis Epiſtola ſexta De genio.

C Vm pręſtare cogar nunc/ quod per eas fui litteras pollicit⁹: quas nouiſſimas ad te dedi: ac declarare quid cauſę ſit: q̃ ex eadem litteraria interdum officina (vt eiſdem in hac verbis nunc vtar) res exeant optimæ ac lępidiſſimæ interdum vero illis multum contrariæ ac diſſimillimę: uiſum eſt altius/ q̃ fortaſſe expectabas: rẽ exordiri ac in ea ipſa phyloſophãdo vagari: in quo illud pręfari libet mihi ſcripturum eſſe me non ea ſolum/ quę apud idoneos meminero me legiſſe: q̃ quę mihi & in me ipſo contigit experiri: Idq; factum iri a me profiteor: vt ab

235

homine fieri poterit occupatiſſimo: & vt queq; mihi ſeſe potius offerent res: q̃ labore aliquo vel ſtudio fuerint conquiſitę et citra omnem catholicę fidei noſtrę offenſionem. Viſi ſunt princeps ſapientiſſime om̃s fere nõ antiqui ſolum ſed recétiores quoq; phyloſophi ac theologi in hoc ipſum cõuenire: vt preter eximiam quãdã ac ſingularé corporis formã ratione etiã differre affirmét homines a cęteris animantibus: & eam ipſam rationem eſſe auctument animum noſtrum diuinitatis ſine dubio participẽ: quem alii demoné alii lemurem alii Larem familiarem alii genium alii laruã alii manem alii aliis nominib9 appellarũt. Ego/vt omnis tollatur ambiguitas: vel demonem hac epiſtola vel genium appellabo ea tamẽ lege: vt animum ipſum mentemq; intelligamus eſſe quaſi illud idẽ: quod demõ et genius & alia id genus. Demones igitur ſiue genii/ quanq̃ ſunt omnino immortales: cum hominib9 tamẽ quodãmodo gignũt: et animalia eſſe aiunt igenio rationabilia animo paſſiua corpore aerea tempore ęterna & ex his quinq; tria prima nobiſcũ ſortiri quartum proprium quintum cũ deis immortalibus commune habere ſed differre ab illis paſſione: imo illa ipſa paſſio adeo geniis eſt propria: vt ſine illis hominũ corpora nihil omnino ſentiãt aut patiãtur: & animi voluptates & dolo/

re: naſci fateamur e corporis voluptatibus et do
loribus. Eorum prętereapeculiare officium eſſe
hominum deſideria ac merita ad deos deferre:
ita vt mortalium ac cœlicolarum videantur eſſe
vectores ac latores vltro citroq; hinc precum inde
donorum ſiue petitionum hinc inde ſuppetiarũ
& ceu quidam vtrinq; deniq; interpretes et inter/
nuncii. Cum autem deos dico: omnis abſcedat
ſuſpicio alium credere me q̃ vnum deum ſed de
illis intelligere: qui non ſolum functi vita ob egre
gia facinora & merita ſed inuita quoq; dei merue
re appellari: adeo ad deum ipſum proxime acceſ
ſere vix ſapiētibus uiris intellectum & cognitum:
cum ſe vigore animi/quantum licuit: a corpore
ſemouerint: Immo qui ne intelligi quidē nobis
poſſit: niſi mēs noſtra ſit ſoluta libera ac ſegrega/
ta ab omni concretione mortali. Sed redeo: vn
de diuerteram. Viuere aiũt nobiſcum demones
ſiue genios/quorum ſuus cuiq; eſt attributus: ita
quidem: vt inuita agenda (quanq̃ nemini conſpi
cui) cuſtodes tamen ſemper adſint et non modo
actorum noſtrorum omnium teſtes & arbitri ſed
penitiſſimorum etiam cogitatorum. Cum autem
e vita migramus: raptare illos vnum quenq; no/
ſtrum perhibent trahereq; ad iudicium et in red/
denda vitæ & actorum ratione cauſaq; dicenda
aſſiſtere/ſiqua commentiamur: redarguentes/

ſiqua vera dicamus: aſſeuerantes: ac illorum de/
mum teſtimonio pro nobis/ ſi recte viximus:
feratur ſententia: & contra nos: ſi male. Ad hęc
illum ipſum cuiuſq; noſtrum cuſtodem & arbi/
trum aiunt curioſe participare videre & intelli/
gere omnia & ita in noſtris illis penitiſſimis men
tibus conſcientiæ loco diuerſari: vt nihil omni/
no nec intra animum nec extra ſit ſecreti: quod
non æque norit ac nos ipſi: quin etiã illum ip/
ſum ſingularem cuſtodem domeſticum pręfec/
tum indiuiduum ſpeculatorem & arbitrum te/
ſtem inſeparabilem bonorum probatorem ma/
lorum vero improbatorem/ ſi rite animaduer/
tatur ſędulo cognoſcatur religioſe colatur: fu/
turum nobis aiunt in rebus incertis dubiiſq; pro
ſpectatorem ac pręmonitorem in periculoſis de/
fenſorem ac propulſatorem in egenis opitulato/
rem: qui nobis preterea queat tum ſomniis tum
ſignis tum etiam ſua ipſius præſentia/ cum vſus
poſtulat: bona augere & proſperare aduerſa ac
mala auertere & prohibere humilia ſublimare nu
tantia fulcire obſcura clarare & aduerſa deni/
q; ſydera propicia facere & contrarios illorum
afflatus corrigere. Illud preterea maxime
mirum videtur eſſe immo incredibili prorſus
admiratione dignum: q/ cum animi noſtri

geniiq; diuina quędam res omnino ſit: immo decerpti ex męte diuina cum alio nullo niſi cum ipſo deo (ſi fas eſt hoc ipſum dicere) cōparari poſſint: damnari tamen poſſunt ac debent et ęternis deputari ſuppliciis: ſi id ipſum eorum mala merita poſtularint. Et propterea Socrates / cū morti ferum illud poculum / quod manu tenebat: itrepide bibiturus hauſturusq; eſſet: duplicē eſſe viā ſiue curſum diſſeruit animorum e corpore excedētium. Nam / qui ſe humanis viciis cōtaminaſſent: & ſeſe libidinibus tradidiſſent: qui egenis / ſi potuiſſent: opem non attuliſſent: qui in re publica violanda fraudes inexpiabiles concepiſſent: qui alia deniq; ſcelera & crimina admiſiſſent: eis deuium quoddam iter eſſe ſęcluſum a concilio deorū. Qui vero ſe ītegros caſtosq; ſeruaſſēt: quibuſq; fuiſſet minima cum corporibus contagio: ac ſeſe ab illis ſemper ſeuocaſſent: & in corporibus deniq; humanis uitam eſſent imitati deorū: eis ad illos / a quibus profecti eſſent: facilem reditum patere: ac ita demum locutus eſt: vt non ad mortem trudi ſed in cœlum bene actę vitę cōſciētia fretus videreť aſcendere. Vnde fit: vt / cū geniis ipſis liberum ſit nobiſcum arbitrium: & eorū aliqui ad ęternas penas ac ſupplicia mittātur atq; trudantur: alii qui corporis nexu ſoluti ad cœlum nō modo euolent ſua ſpōte ſed trahantur ac tollātur:

vt æterna illa/ quã credimus: beatitudine æuo ſẽ
piterno fruantur: prout cuiuſq; vel bona vel mala
merita fuerint: fateamur neceſſe eſt eudemonas
& cacodemonas eſſe hoc eſt bonos & malos ãge/
los ac genios. Eamq; ob rẽ tam ex veteribus q̃ re
cẽtioribus opinari uiſi ſunt quidã binos eſſe cuiq;
noſtrum attributos genios alterũ bonũ alterũ ve/
ro malum. Quod credibile illud quoq; facit: ꝙ in
re qualibet deliberanda/ſiue bona ſit ſiue mala:
habere videamur intra nos ipſos quaſi duos ſibi
ipſis contrarios & aduerſantes: quorũ alterum eu
demonem appellandũ cenſent hoc eſt bonum an
gelum & rationem ipſam bonumq; cupidinem
ſemper bona ſuadentem cacodemonẽ alterum. i.
malum angelũ & appetitũ malũq; cupidinẽ ratio
ni aduerſantẽ ac repugnãtem & ad mala ſemper
nos impellentem. E quorũ cacodemonũ nume/
ro illum fuiſſe putant: qui/cum Bruto in Phylip
pis noctu apparuiſſet: eiuſq; tentoriũ ſubmurmu
rans ingreſſus eſſet: interrogatus quiſnam homi
num aut deorum eſſet reſpõdit ſum malus tuus
genius. Quod ſi ita eſſet: confiderẽ equidem aper
tiſſime oſtendere poſſe validis rõnibus & obtine
re/Si per theologos quoſdã ĩprofeſſione ſua nõ
ſatis celebres & eruditos id mihi liceret

vtiq; pōtatis genii: & aſtrorū preterea vim omnē non ſubuerti ſolū ſed tolli: quippequę neq; ad bona nos ac liberū nobis conceſſū arbitriū neq; ad mala potis eſſet inclinare: corporis aūt & ad corpus pertinentiū nullos eſſe effectus nulla officia immo vitā ipſam mortaliū aliud omnino nihil eſſe q̄ continuū eudemonū et cacodemonū conflictū & concertationē aut illā ipſam omniū bonā/ ſi vincerent eudemones: aut malā: ſi cacodemones eſſent ſuperiores. Sed eiuſmodi diſputatione omiſſa vt pote nō neceſſaria & quę lōgior omnino videri poteſt: q̄ quę hac epiſtola pene tumultuaria expediri ac definiri queat: Reuera inq̄(vt ipſe ſētio) vnus eſt dumtaxat vniuſcuiuſq; genius vel bonus vel malus vel boni et mali particeps nō duo: vt imperiti perhibēt: et ille/ quē paulo ſuperius dixi rationi aduerſantē: appetitus eſt: q nobis cōmunis eſt cū belluis & brutis nō cacodemō. In partes enī duas diſtributū eſſe aiunt animū & earū alterā rationis eſſe participē alterā vero expertē: eā vero ipſam partē rationis expertē .i. appetitū ipſum corporeū equidem demonis nomine prorſus indignū eſſe ſtatuo: quippe qui ad corpus ſolū pertineat: & cū illo extīguatur et euaneſcat. Sed/ quoniam faſſus ſum/ vt fatēdū fuit: alios bonos eſſe genios alios malos: affirmare equidē audebo aliud eſſe demonū vel bonoꝝ vel malorū genus: q cor

poribus nõ ſunt vniti: aliud geniorum cũ corpo
rib⁹ genitorũ: & priores quidẽ illos a corporib⁹
ſeparatos iuuare nos mortales/ſi quidẽ boni ſũt:
vexare: ſi mali: ſed nullã omnino habere peculia
rẽ & ꝓpriã in nobis poteſtatẽ: vt habẽt genii: niſi
eã ipſam nos illis ex libero/quẽ habem⁹: arbitrio
concedamus: dũ libẽtes volẽteſq; vel in bona vl̃
ĩ mala aſtris liberũ arbitriũ et corporeã vĩ & appe
titũ mouẽtibus ꝑlabimur & inclinamur. Genios
vero ipſos/q nobiſcũ(vt ſępe dixim⁹) gignunt:
& nobis cõmixti cõiunctiq; & cõnexi viuunt: et
quorũ a nobis ſeparatio & ſecretio aliud nihil eſt
niſi illa ipſa: quã mortẽ appellam⁹ et interitũ: vel
bonos eſſe vel malos affirmo: vt in natalibus &
horoſcopis afflati ſunt & affecti: cũ eiſdẽ ſint influ
xibus ſyderũ ſubiecti/quibus et nos ſubiicimur:
et ita ſint diuerſi: vt hominũ ſũt naturę: et vt di/
uerſorũ ſunt afflatuũ in horoſcopis ſydera: q̃ mo
do ſunt directa modo retrograda mõ ſolis cõbu
ſta radiis et male affecta modo ab illo diſtantia et
nullũ ex illis/quos dixi: radiis ĩpedimẽtũ attrahẽ
tia: mõ ſunt aſcẽdentia et ſuccedẽtia mõ cadentia
mõ exaltata et ſublimia mõ humilia et depreſſa
modo ſola modo aliis cõiũcta mõ in ſuis modo

cum bonę inter errantia ſydera & malę & cōmu nes ſint fortunę: affirmare equidē auſim illum ip ſum planetā/qui plus viriū habebit & dignitatis in natali: & geniturę dominū eſſe & ſuę naturę ge niū nato vel bonū vel malū tribuere: quanq̄ po/ teſt ille ipſe genius aliorū quoq; planetarū & ſyde rū preter geniturę dominū naturam redolere: vt illorū quęq; ad dominatoris potētiā & vim ꝓxi/ me ſuo acceſſerit influxu. Et ꝓpterea geniorum alii Iouiales alii venerei alii Saturnii alii Martiales erūt: quorū quattuor planetarū priores duo bonę fortunę poſteriores uero malę appellātur: alii Mer curiales alii Solares alii Lunares alii mixti ita tn̄: vt planeta vnus principatū in illo obtineat: cuius extremi generis meum omnino reor eſſe: in quo primas (ni fallor) partes habet Iuppiter ſecundas venus tertias Mercurius. Sed meo omiſſo genio ad alios redeamus. Ex tā variis inq̄ ſyderū affla tibus fieri certiſſimū eſt: vt ęque varii ſint genii ac hominū naturę & corpora: immo maiores aiunt animorū eſſe varietates & diſſimilitudines q̄ cor porū ſed generali quadā diſtinctione vel bonos vel malos vocari: vt quiſq; maioris vel boni vel mali fuerit particeps. Et ꝓpterea malus nō imerito appellatus fuit Bruti genius: vt eius declarauit exi tus: et ſcite noſter locutus fuit Terentius et ꝓprie: cū vafram & nō ingenuam Daui naturā expreſſu/

rus mala mẽs inquit malus animus. Eas igitur ob cauſas aliqui parci vel ꝓdigi aliqui fortes vel ti/midi & (ne ſigillatĩ omnia perſequar) oẽs quidẽ ſunt vel bonis vel malis artibus dediti: vt boni vel mali eorũ ſunt genii. Et (vt alienas a me profeſſio/nes omittam) in re litteraria aliqui ſoluta aliqui numeroſa valẽt oratione: & in vtroq; genere ęque varii ſunt ac diſſimiles dicendi ſtili: vt varię ſunt naturę & genii: ita vt nõ minus ex alicuius ſermone vel ſtilo naturam q̃ ſermonẽ & ſtilũ ex natura ipſa/ſi quis eſt paulo ſagacior: poſſit omnino de/prehendere: & alterũ ex altero mutuo deprehẽdi facile poſſe nulli (vt arbitror) dubiũ videri debet. Ex geniorũ etiam ſimilitudine vel diſſimilitudine (vt ita loquar) fit: vt/ vbi primũ aliqs nobis nũq̃ alias viſus offeratur & occurrat: nulla illũ cauſa vel beniuolentia vel odio inſigni ſpõte & vltro proſeq̃mur: & ex duobus vel cõcertantibus vel colludẽtibus alterũ vincere alterũ ſuperari exoptemus. Cupio ſacratiſſime prĩceps finẽ nũc facere in hac re deſcribẽda: ſed cõtẽplationis rerũ huiuſmodi ſuauitate ductus & allectus a genii deſcriptione ob meã ingeniũ meũ (cui quantũ debeã nõ facile ſcripſerĩ) incredibilẽ pietatẽ vix abſtrahi poſſe videor. Eam igitur ob rẽ aliis/ quę ſcripſi: illud

ſūmo rerū omnium opifice creatas vel hominis manu factas et cōſtructas genii uice uel bonā uel malā fortunā et eā ipſā ex ſyderū uarietate et dei optimi maximi haud ſatis ītellecta nobis ordi/natione. Sed/ut explicē aliquando et exprimam quorſū hęc ipſa tam multa ſint a me ſcripta et quaſi ab ouo repetita: Valeat inq̄ quauis inre et arte quātūuis quiſpiā: neceſſe tamē erit: ut uis illa et ingenii vigor interdū ſit potentior interdū vero languidior: vt bonis vel malis aſtris reſpicietur: et ob id ipſū vel fortunabitur vel damnabit̄: ita vt ſint homines (vt de aliis animantibus et rebus dicere nūc vlterius ſuperſedeam: in quib⁹ eadē deprehēdi poſſunt/q̄ in hoībus: exceptis illis: q̄ rōnis ſunt et diuinitatis) ſua ſpōte interdū hylares et iocūdi interdū triſtes et anxii ac nulla quidē cauſa ſibi ipſis quodammodo moleſti: et interdū extēporali plurimū interdū pręmeditata nihil valeant ora/tione: quanq̄ nō poteſt aliquid feſtinatū eſſe ſimul et examinatū nec celeritatis habere gratiam ſimul et ſui laudē examinis et diligētię. Videre ē quoſ/dam/ſi ſcribūt: Cicerones ac Liuios eſſe/ſi loquātur: ineptiſſimos et infantiſſimos reperiri: et alia id genus infinita. Cū igitur (vt ad finem tandē deueniam neq; penitus epiſtolę modū excedam) eleuatur pars illa in nobis: quę diuinitatis eſt particeps: et a corporis contangiis ſecernitur/quan/

um fieri poteſt:et ſeuocatur : cum ſui compos
animus:eiuſq; uigor et acies aſtrorū influxu nō
betatur:ſed plane etiam adiuuatur: quod qui/
m ſtatis fit tēporibꝰ:et ut uoluitur cœlum:cū/
ummam deniq; tranquillitatē et altiſſimam na/
ctus eſt quietem genius:Tunc ſublimia et excelſa
quęq; meditatur:et feliciter parit:quod diu partu
riit.Et propterea egregie dictum eſt illud:Carmi
na proueniunt animo deducta ſereno : carmina
ſcribentis ſeceſſus et ocia quærunt et alia:vbi ſe
ceſſus et ocia intelligere debemus animi non cor
poris. Quando uero male affectus et perturba/
tus eſt genius :quādo laborat: quando cœlorum
influxu impeditur:quādo indiuerſa agitur ac diſ
trahitur: contraria pariat ac diſſimilia neceſſe eſt.
Et propterea indulgere genio aliquem dicimus/
cum ea facit: quę genius uult:et nihil illo inuito
molitur:fraudare uero genium:cū illi aduerſatur
et repugnat:Illud preterea non omittam : ut affir
mem animum ipſum ac genium(quocūq; ſit ille
inſtatu ſiue elatus ſiue depreſſus ſiue ſolutus ac li/
ber ſiue impeditus)laudibus gloria ac pręmiis ſiue
pręmiorum ſpe excitari maxime poſſe et impel/
li et tāq̄ calcaribꝰ urgeri.Honos enī alit artes om

dũ & impellendũ pares habere vires neceſſitatẽ indignationẽ & cętera id genus. Quas ob res meę nõ fuere litterę alię primis pſimiles: nõ m id quęſo voluntati tribuatur: quãdoquidẽ ſei obſequendi tibi vltra q̃ cuiq̃ ſit credibile: ſtudio ſus eſt Bonfinis: ſed ꝙ laborat ſępiſſime genius: & nõ ſolũ cœlorũ influxu ſed Roſini quoq; im portunitate obtũditur & perturbatur. Sit felix (vt optat) amplitudo tua: cui me quãto poſſũ ſtudio cõmendo. Romę Die penultimo Ianuarii.

M. D. X. I.

IMPRESSÆ Romę per Stephanũm Guilleręti et Herculẽ Socios
Die vigeſimo mẽſis Sep
tembris Anni dñi
M.D.XIIII.

Mathej Bonfinij epistole sex

pma epistola	fol	110
2a. —	fol	111
3a —	fol	113
qrta —	fol	114
qnta —	fol	116
sexta —	fol	118